



~~C VIII 42~~

~~B. 424.~~

PHILOSOPHIAE PRACTICAE

LIB. IV.

DE

Natura et constitutione uniuersae Philo-
sophiae Practicae



177 F.
424

B. J. 489

§. 1.
Cum me ipsum diligentius expendo, et ea, quae in animo meo contingunt, attento contemplan cogitatione: Deprehendo in se mihi desiderium quoddam, me meae omnia, in dies magis magisque perficendi, et capio uoluptatem, quam mihi aliquis perfectionis, seu boni accidit, contra ea, tectio afficior, ubi aut defectum boni, aut malum aliquod in me ipso obseruo.

Animaduerto hoc modo affectos esse ceteros homines, ad eod desiderium illud perfectionum, a natura ipsa omnibus ho- minibus inditum esse concludo. Quoniam uero ex sensu per- fectionis ad me relatae, seu ex sensu boni uoluptas necessa- rio in animo meo oritur, et idem illud aliis qd hominibus euenire oportet: colligo inde desiderium uoluptatis, o- mnis esse naturale.

§. 2.
Illa animi mei constitutio, in qua ille uoluptate afficitur, aut saltem tedio, atq; molestia uacuis, tranquillusq; est, et ad uoluptatem capiendam idoneus, constituit huius uita felicitatem. Me ipsum tum soleo predicare beatum, cum me continuo ad maiores euehi perfectiones sentio. Deprehen- do aut in me naturale quoddam desiderium beatitudinis,

atq;
13

atq; felicitatis? imo omnes homines natura quodam impetu
ferri ad felicitatem intelligo. (¶ 8.1)

§. 3.

Felicitas itaq; mea ex eo oritur, quod perfectiones aliquas inesse
michi sentiam, aut inesse mihi aliquid boni existimem (¶ 8.2).
Atq; facile evenire potest, ut ego id iudicem esse bonum, qd
reuera tale n̄ est, sed qd transitorium est, et facile in fecundum
mutat, cum mens mea ad clariorem rerum intelligentiam perue-
nerit. Talis am voluptas n̄ parit felicitatem veram, sed ap-
parentem, et fluxam, a qua natura mea rationalis ita abhorret,
sicut veram illam ac durabilem voluptatem omni studio ac
conatu obtinere contendit.

§. 4.

Quod natura intelligens intendit, dicitur ejus finis. Ego vero
meam felicitatem omni studio, et labore intendo (¶ 8.3). mea
igitur felicitas finis meus est, et quidem ultimus, si quidem
eam expeto per se, n̄ vero ideo, ut per eam aliquid opti-
neam.

§. 5.

In esse mihi libertatem, ex eo colligo, quod possim aliquid
agere, possim item n̄ agere, agere hoc vel alio modo. De-
prehendo quoq; me ex aliquibus actionibus liberis capere,
re voluptatem, et aliis e contrario studio affici. Fugio te,
diem, et natura ducor ad voluptatem animi durabilem, adeoq;
ad veram solidamq; felicitatem (¶ 8.3). Quocirca quotiescumq;
meam libertatem exercere uolo, et actionem aliquam ab ea de-
pendentem edero, toties mihi hanc pono actionum mearum norma-
atq; regulari. Agendum est ut ad felicitatem conveniatur.
Et quia vera mea felicitas, finis meus est, (¶ 8. præc) prin-
cipi

cipium meum sequente quoque modo esse potest agenda est
fieri ultimo convenienter §. 6.

Istam itaque propositionem pro norma & regula omnium actionum
mearum liberarum constituo, et naturali, quo me ipsum complector,
amore impellor, ut omnes meas actiones liberas, non alij, quam
propter hanc convenienter instituantur. Et rationalis mea natura,
fluens inde actionum mearum regula (§. 8. præc.) finis item,
quem intendo (§. 8. 4.) restringit voluntatis meae libertatem,
eamque ad certas actiones profectivas determinat.

§. 7.
Cum animadverto libertatem meam, per naturam, per finem,
ac per ea fluentem actionum mearum normam restringi: ferser,
tisco in me Obligationem quippe quod nihil aliud est, quam
ipsa mea libertas tali modo restricta. Jam vero, quia hae
libertatis meae limitatio, et mea profluit natura, obligationem
etiam naturalem esse intelligo.

§. 8.
Natura itaque mea obligat me ad vitam, secundum normam
actionum (§. 5.) et propositam instituentiam. Ego praedicta
propter, quia et natura mea profluit, ut obligandi gaudere,
necesse est. Propositio quae habet vim obligandi vocatur
lex. Principium itaque (§. 5.) propositum lex est, et quidem
naturalis, quae ex natura humana profluit, indeque vim ac-
cipit obligatricem.

§. 9.
Actio ad quam obligor, officium vocatur. Quicquid igitur lex
naturalis praecipit, illud est officium meum, et quidem naturale.
Si quidem per naturam meam obligor ad servandam legem
naturalem, quae dicitur esse utilis meae, et omnium officiorum magistra.

Cum lex aliquo precipit: tum oppositum simul uetat.
Sicut proinde obligor ad prestanda ea, quae lex praecipit;
ita qd obligatus sum ad fugenda oia ea, quae lege naturae
uitata sūt. Declarat itaq officia mea libertatis med restric-
tione: quia nihil fr aliud, qm ipsa sensu positus obligatio
(H 82)

§. 10.
Cum libertatem meam nulla lege restrictam esse cogito, illud
mihi ipsi attribuo, quod reuera nihil est aliud, qm ipsa mea
libertas, quatenus ea intuitus alicuius actionis per legem
nō limitat. Deprehendo itaq in me officia atq iura quae
ex mea natura, in quantum ea libertate praedita sūt, meaq
ad legem naturae relatione emergunt.

§. 11.
Stabilitas actionum mearum ad legem constituit earum
moralitatem. Morale enim dicimus omne id quod se re-
fert ad legem. Hinc quia ius ut est (§. praee) definitum ad
legem se refert non sicut atq obligatio passiuo sensu
sumpta, tam obligatio qm ius qualitates appellant
morales. Actiones qd med hāc qualitate moralem, in-
tuitu cuius uel bona sunt, si cum lege congruant et
uocant officia (H 89) male sūt, si a lege deflectant, et
uitia audiunt.

§. 12.
Complexus officiorum et iurium meorum, tam qm qualitatem
mearum moralium, constituit status moralis, cuius
accuratam cognitionem maxime necessariam mihi esse
cognosco. Nisi enim status meum moralem recte cogno-
uerō, quae sint mihi iura, quae item officia nō intelligam

adeoq^{ue} neq^{ue} potero recte meam felicitatem promovere.
Ergo si agere volo felicitati meae convenienter, officia
iurag^{um} mea, ut adiscam, puto esse maxime necessaria.

§. 13.
Anima vero p^{ro} statu meam moralem, a naturae
naturae meae, etiam a facto aliquo libero dependere
Primum absolutum posteriorum adventitium dico. Ut inq^{ue}
convenienter agendum mihi est, et quae sint pro statu, in quo
vivo, iura obligationesq^{ue} meae, accurate cognoscendum,
si finem meum ultimam h. e. veram durabilemq^{ue} felicitatem
meam consequi serio intendo.

§. 14.
Scientia qualitatum moralium appellat^{ur} Philosophia Mo-
ralis s. Practica, quae in generalissimo significata sciens,
hanc officior^{um} iurag^{um} involuit. Philosophia huius praestan-
tiam necessitatem, atq^{ue} utilitatem maximam est (§. 1243)
quisq^{ue} facile perspexerit.

Scholeor^{um} Diviso Philosophia in Theoreticam et
Practicam veteris est, fuitq^{ue} iamdudum Pythagora
usitata. Non est itaq^{ue} ignod^{um} turbemus veterem
circulos, et totam Philosophiam eundem recentior
nonnulli, pro Practica venditemus.

§. 15.
Prodiversitate itaq^{ue} obligationum atq^{ue} iurag^{um} diversis
erunt Phil^{osophia} Practicae partes. Jam vero animadverto
nonnullos obligationes meas in quocunq^{ue} divinum statu
et solo proficisci amore, quo me et ceteros complector.
nonnullas, autem aliamq^{ue} habere rationem. Observo
me

me ad priores illas a nemine cogi posse iure. Sed ad poste-
riores alii iure me cogere possunt. Officia
perfecta: priores illas in hac relatione Officia imperfecta
officia item amoris et humanitatis nominare liceat. Ultra
Philosophia Practica explicanda esse, et eo e perficiunt,
quod recta utriusq[ue] praesentatione, felicitatem meam promo-
vere possim. §. 16.

Scientiam officiorum humanitatis Ethicam appellabimus illam
autem Philosophiam Practicam proportionem, in qua officia per-
fecta explicant, Ius Naturae audit. Cum autem status
hominis moralis, absolute sit, adventitius (§. 13) pra-
ctica Philosophia officia in utroq[ue] statu observanda ex-
plicare debeat (§. 8. praec.) manifestum est in iure naturae
Ius q[uo]d sociale et in specie Politica seu Philosophiam
civilem explicandam esse, siquidem status socialis pro-
fertur obligationes perfectas involvit.

Schol. Aliter inter Ethicam et Ius Naturae aliud con-
stituitur discrimen. Ius Naturae vocant legum
a. s. scientiam naturalium scientiam, Ethicam autem illam
bonorum et malorum actionum, disciplinam dicunt quod modum offendit vivendi
b. s. quod moti, legibus naturae convenienter. Ex hoc fonte ius
da dat naturae ab Ethica non differt aliter, quod theoria
praxis, quod vero differentia ad diversas disciplinas
constituendas non videtur sufficiens. Consultis itaq[ue]
fuerit Ethicam a Iure Naturae modo eo distin-
guere, qui in §. ostensus est.

§. 17.

Tertio^o q^o integra, certa sibi mutuo prestare officia, cet.
experientia condocemur. Scientia homin^u insipientiam audit.
Unde perspicuum est, etiam insipientiam ad Philosophiam
Practicam esse referendum. §. 18.

Singula haec, quae hactenus recensui Philosophiam Practicam
partes, rationes quosdam communes, generaliores habent,
et ex generalibus partibus practicas deducant. Scientia
illa, quae generaliora Philosophiam Practicam, ceteris discipli-
nis moralibus communia exponit. Philosophia Practica
Universalis, uel etiam Ethica universalis audit, quae
propterea ceteris Philosophiam moralis partibus, praed,
militanda est. §. 19.

Nihil itaq^{ue} impedit, quo minus moralia etiam systematice
doceri queant. Erat quidem uetus Aristotelicum opinio,
moralia non cadere, sub scientiam, sed etate recentiore lau-
dabiliter praestantissimorum uirorum diligentia, contrarium lau-
culenter comprobatum est. Quicquid enim ex certis &
evidentibus principiis legitime deduci potest, illius acquiri
potest Scientia. §. 20.

Itaq^{ue} nos quoq^{ue} quo ad eius^{us} fieri potest, hanc conabimur sequi
methodum, quae de extrahitur, ut non nudas exponamus obli-
gationes, sed simul rationes mouentes, quae uoluntatem ad eas
prestandas efficaciter exortare queant ostendemus. Perinde
Philosophia moralis practica Scientia est (§. 14) non debet

itaq^{ue}
13

itaque in solo sufficere intellectu, sed officere etiam
 utilitatem eam, ad officia prestanda cognoscere. Unde
 non incommode solet etiam Scientia affectiva vocari.
 Schol. Si quidem magis est utilitatis ista Philosophiae
 proportio (cf. § 14.) productivitate ingeniorum
 hominum, diversa etiam methodo ea a Sapiensibus
 proponi consuevit. Sunt qui exemplis, melius, quam
 regulis veritates morales doceri posse existimant.
 Hi methodo paradigmatica, sibi fabulis
 inuolueri solent veritates abstratas, ut hoc modo ani-
 mos hominum iucundius officere possint. Hi adhibet
 dicunt methodum mythologicam. De hierogly-
 phica atque aenigmatica methodis propterea nihil
 addere volumus, quod etate nostra, nullam habeant
 utilitatem.

PHILOSOPHIA
 PRACTICA VNIVERSALIS
 LIB. I.

DE Statu hominum morali.

Statum ^{§ 1.} moralem per complexum qualitatum moralium
 recte defini posse § 12. Cap. prol. perspicuum est. Sed si
 a sola huiusmodi et constitutione dependent, dant notionem
Status morali quem alii absolutum dicere consueverunt.
 Quod si vero eas in facto aliquo a humana libertate per-
 den.

Verbe, quarenda est, Status aduentitium constituitur
quem alii proternalem, alii hypotheticum uocant (§ 8 13.
Op. Phil.) Et Status hominis naturalis primus omnium in
naturalis & aduentitium summa cum ratione diuidere no-
bis uideatur.

§ 2.

Cum humanum genus intueamur. primam inter hinc
differentiam, a natura ipsa positam, in eo deprehendimus.
quod fit quoad Sexum, a se diuersum. Potest itq; Status
naturalis pro duplici Sexu sub duplici etiam considerari
forma: si hinc distinctio, aut ad utilitatem huius, aut ad
scientiam nos perfectionem pertineret. Verum cum officia et
iura huius precepta, quae in parte Phil. Practicæ ex-
plicanda sunt, non a Sexu, sed aut a humana natura, aut a
facto aliquo libero dependant (§ 8 præc) illa Status naturalis
quoad Sexum distinctio, non uidetur esse necessaria. Ut taceam
officia ea, quae Sexu propria sunt, rectius alibi ac com-
muni quae in Systematibus Phil. doceri posse. Maioris
utilitatis est distinctio Status huius, in Status seruitu-
tis & libertatis. Prior hinc obtinet, quum hoc se se et
confusis representationibus ad agendum dicit. Posterior
quando ex distincta agit cognitione. Iste agere dicitur et
motus, ille ex solis Stimulis

§ 3.

Status aduentitium, quatenus ille naturalis opponitur, considera-
mus semper in relatione ad hinc alios, cum quibus in hoc
mundo conueniendum est. Nec erim uisimus in solitudine,
adeoq;
B

§. 7.
Statum hominis moralem, si omnes Philosophi, eo quod
nos offeruimus, modo et ordine considerant sunt qui ita
tum moralem primum et ante omnia in naturalem et civilem
dividunt, et priorem eam, quod in eo omnibus hominibus ius,
ra competant equalia. Statum equalitatis posteriores
autem ex ratione opposita Statum indigualitatis appetant.
Hac premissa divisione status naturalis, necessario in ab-
solutum et hypotheticum, ut salva maneat omnium
equalitas dividunt. Nos diversum hunc de statu morali
coexistendi modum atque ordinem tantum esse existimamus.
Iterum qui diversis status morales considerant, eorum
opus perlestrare volunt: evoluat Puffendorf: de officio
hominis et civis Lib II Cap 1. et Tubius in observatione ad
locum Puffendorffii Juris Natu Lib II. Cap III Christoph.
Thomasius in Juris prudentia Tra.

Cap IV § II.

Lex et obligatione

§. 8.
Quis, quod de statu hominis morali hactenus differimus, lucu-
lentum est, cum eiusmodi absoluti determinationibus, quae ab libe-
tate, tanquam omnis moralitatis fundamento, dependent
(§ 12 Cap Irel) et ex diversa libertatis limitatione, diversif-
icant status naturalis (§ cap 1.) necessum est, ut legum diversif-
tatem, ante omnia recte perspiciamus. Quaerit lex moralis
ut iam premonuimus, quos obligandi ut gaudens, seu e

regula ad quam actiones liberi institui debent (88) Cap. 1. p. 1.
Et illa hinc affectio, ut cuius illi actiones suas liberae instituire
debent, vocatur eorum obligatio.

Schol. Uocabulum legis moralis, n. uno eodem modo
definiunt Phil. ff. qui in definitionem legis
gratim accepti, non enim assunt Superioris, nec
nec sine ea recte posse definire legem existimant,
quod quidem suo abundare sensu facile permittimus.
Nos alia ratione legem moralem gratim confidimus,
tam concipimus, cuius gratim definitionem non super-
ioris n. quidem proxime et directe, sed per consequen-
tiam ubi ingreditur. Sicut quia, si lex in gratissimo
sumat Sicut, denotat. Sicut enim, cui actio quecumq; ac-
commodata est. Ita legis motus dicunt ille Sicut,
secundum quos corpora vires suas exercent. Leges so-
quid sunt regulae, quae intellectum in cognoscenda ve-
ritate dirigunt. Leges morales uo dirigunt uolunta-
tem. Et haec sunt hi loci nostri considerationis

^{d. 9.}
Propositiones uel affirmatiuae esse uel negatiuae, et
Logicae manifestum est. Cum itaq; leges Sicut fieri
(88 p. 1) et Sicut uel affirmatiuae uel negatiuae erunt.
Sicut ut id alia ratione exprimamus leges morales uel
praecipientes sunt uel uetantes. Per priores actiones
commissas seu committenda, per posteriores autem omis-
sae seu omittenda dirigunt.
Q. D. O.

§. 7.
Statum hominis moralem, si omnes Philosophi, eo quod
nos offeruimus, modo et ordine considerant. Sunt qui Sta-
tum moralem primum et ante omnia in naturalem et civilem
dividunt, et priorem eum, quod in eo omnibus hominibus ius,
ra competant equalia. Statum equalitatis posteriores
autem et ratione opposita Statum indqualitatis appetant.
Hac premissa divisione status naturalis, necessario in ab-
solutum et hypotheticum, ut salva maneat omnium
equalitas dividunt. Nos diversum hunc de statu morali
coexistendi modum atque ordinem tantum esse existimamus.
Rerum qui diversis status morales considerant, curi-
osius perleserare volunt: evolvat Puffendorf: de officio
hominis et civis Lib II Cap 1. et Tubius in observatione ad
locum Puffendorfi Juris Natu Lib II. Cap III Christoph.
Thomasius in Juris prudentia Tra.

Cap IV § II.

Lex et obligatione

§. 8.
Quis, quae de statu hominis morali hactenus differimus, lucu-
lentum est, cum eiusmodi absolutis determinationibus, quae ab libe-
tate, tanquam omnis moralitatis fundamento, dependent
(§ 12 Cap Irel) et ex diversa libertatis limitatione, diversis
omni status naturalis (§ cap 1.) necessum est, ut legum diversis-
tatem, ante omnia recte perspicimus. Quaerit lex moralis
ut iam prononimus, quos obligandi ut gaudens, seu e

regula ad quam actiones liberi institui debent (88) Cap. 1. p. 1.
Et illa hinc affectio, ut cuius illi actiones suas liberae instituire
debent, vocat eorum obligatio.

Schol. Uocabulum legis moralis, n. uno eodemq. modo
definiunt Phil. ff. qui in definitionem legis
gratiam accepta, rationem assumunt Superioris, nec
nec sine ea recte posse definire legem existimant,
quod quidem suo abundare sensu facile permitimus.
Nos alia ratione legem moralem gratiam confidimus,
tam conceptimus, cuius gratiam definitionem non super-
tionis n. quidem proxime et directe, sed per consequen-
tiam utiq. ingreditur. Alio quin, si lex in gratia sumo
sumat scilicet, denotat proconem, cui actio quecumq. ac-
commodata est. Ita legis motus dicunt ille proconem,
secundum quas corpora vires suas exercent. Leges igitur,
quod sunt regulae, quae intellectum in cognoscenda ue-
ritate dirigunt. Leges morales uo dirigunt uolunta-
tem. Haec sunt hi loci nostri considerationis

Propositiones uel affirmatiuae esse uel negatiuae, ex
Logica manifestum est. Cum itaq. leges procones sunt
(p. 8 p. 1) ed hinc uel affirmatiuae uel negatiuae erunt.
Sicut ut id alia ratione exprimamus leges morales uel
praecipientes sunt uel uetantes. Per priores actiones
commissas seu committenda, per posteriores autem omis-
sae seu omittenda dirigunt.
¶ &c.

Si regula et norma, secundum quas actiones liberae
influenda sunt, ex ipsa natura humana consideratione
innotescit tunc appellantur lex naturalis: quod si autem ratio
illius, ex uoluntate superioris repetenda est, lex positiva
ua dicitur. Si uero a Deo rer omnium, ad eam et hanc
sumo tunc prouenit diuina, si autem ex hominum proflu-
it arbitrio humana dicitur. Cum uero ratio auctor Deus
est, ut id in Philosophia Theoretica euentissimis demon-
strat rationibus: ipsa lex naturalis recte et uere diuina
appellatur.

§. 11.

Qui efficit, ut lex ad eum proueniat notione, quod interest
ut hoc ita conuenienter agendo id eandem promulget.
Cum itaq; lex nequeat prius obligare, qm recte intelli-
gat. Perpicuum est legem promulgatam uim obliga-
toriam exercere non posse. Promulgatio itaq; legis necessa-
ria est, si ea pro norma actionum liberae haberi debet.

§. 12.

Leges naturales ita ont libertatem humanam restringere;
ut hoc ita conuenienter agendo, ueram suam felicitem
promoueat. Hec enim ultimus est, spis hominis, ad
quem oes fines ratio sua ferunt, qui idcirco etiam naturalis
dici potest (§. 8. 4. Cap. preli.) Iudicium igitur lex talia praeci-
peret, quae sunt felicitati nostrae contraria, aut ea exerte-
ret, quae aliqua ratione nostram promouerent felicitem;
ea pro naturali haberi plene non potest.

§. 13.

Tamen si haec, quoad uirtutem generis considerati, nimirum ea
se inuicem differant. nihilominus tamen eadem est notio

natura, quæ ad propriam felicitatem, in sincera animi uoluptate, consistentem tendit. Leges itaq; quæ ex humana natura profluunt, omnes hinc ex æquo obligant, quo nomine etiam iustitiam, audiunt. Ad emendas itaq; iustitiam rationis pollentibus intelligi debent leges illæ: quocirca necesse est, ut claræ illæ sint, atq; ab omnibus pro ueris agnoscantur.

§. 14.
Hæc legum naturalium perspicuitas ex eo emanat, quod earum certa et euidens ratio allegari potest: illud enim perspicue cognoscere dicimus, cuius rationem directam ab lege posse possumus. Hæc autem ratio aut immediate profluat ex ipsa natura, aut ex propositione aliqua iam cognita deducit. In casu priore obtinet euidentiæ et perspicuitatis naturalis, in posteriori autem per demonstrationem de ueritate legum plane conuincimus.

§. 15.
Ut uero leges naturales demonstrari possint, necessarium est ut primò ante omnia, quedam ex ipsa natura immediate profluens præstat, ex qua deinde cæteræ nexu continuo deduci queant. Talis præstat uocat principium totius Philæ Practicæ quod ut accurate determinet proprietates ejusmodi principii ante omnia notanda uerant. Requirit uero primò, ut principium illud sit perspicuum et euidens, h. e. terminis intellectibus ab omnibus intelligatur, et pro uero habeat deinde iustitiam, omnes hinc in omni statu obliget, (§. 13). Porò adequatum, ut omnia totius Philæ Practicæ præcepta ex eo deduci possint: Deniq; domesticam, ut sola in rationis ex humana natura

consideratione, non ex revelatione deducatur.

§. 16.

Quisq; nam suam diligentius expendens, deprehendit naturaliter quoddam impetu ferri se ad ueram durabilemq; animi uoluptatem in qua cum felicitas hinc consistat (p. de cap. prel.) desiderium ueræ felicitatis omnibus naturale esse, proclue est ad intelligendum. Et propositio agendum est duce ratione ueræ felicitatis. Hinc conuenienter fluit immediate ex natura humana, estq; adeo omnibus hinc terminorum intelligentibus perspicuum atq; euident. Est uero eadem etiam uersali, adæquata, atq; domestica: quocirco eandem pro principio, atq; fundamento totius Philid. Practicæ ponere nulli dubitamus.

§. 17.

Principium hoc ex natura humana fluit immediate adeoq; eatenus est necessarium, et perseverante natura humana immutabile. Quoniam autem natura humana a Deo auctore proficiscitur: hocce Practicæ Philid. principium recte habet pro lege Dna, per rationem omnibus hinc a Deo promulgata.

§. 18.

Itaq; etiam obligatio naturalis ex lege predicta emanans, omnibus hinc semper necessaria est, nec ulla ratione mutari potest. Est uero eadem omnibus hinc nota, modo sciam, nam illi adhibeant in edendis actionibus suam rationem.

§. 19.

Stabilitas actionum moralium ad legem absoluit earum moralitatem. Quando autem actiones libere ad legem

referantur, tum aut conueniunt cum ea, aut n. Quodsi
actiones relate ad legem, cum ea congruant, bonæ, in
casu opposito malæ, audiunt. Iudeum igitur actio ad legem
referat eam uel bonam, uel malam deprehendit.

§. 20
Sunt quidem omnes nostræ actiones libere, determinate,
et inter se concrete. Sed ex natura mentis humanæ lu-
culenter ostendi potest. Sed quoddam influxum habent in na-
turam felicitatem: alid autem seu præsentem, seu omittantem,
præsentem hoc, alio modo, influxum in nostram felicitatem
habere non uidentur, eas non solemus ad legem referre ad eam
eatenus nec bonas, nec malas, ad eam indifferentes esse
iudicamus. At cum omnis actio libera spectata in con-
creto, seu cum omnibus circumstantiis suis et consecutariis
ad legem referri, et cum fine huius ultimo conueniri possit:
hinc possunt actiones quædam libere prædicto modo
considerari, pro indifferentibus haberi, merito ambigimus.
Omnis enim actio libera relate ad legem, aut bonam, aut
malam esse deprehendit. (§. 8. præd.)

§. 21.
Moralitas actionum liberarum consistit in earum ad legem
habitudine (§. 8. 19) ad in statu naturali ad actiones bonas,
ne sunt, quæ cum lege naturali congruant: mala contra
ea, quæ ab eadem deflectunt. In statu civili actio bona
esse censetur, quæ cum lege positua ciuili conuenit: mala
uero quæ legi contraria est. Nam uero ostendimus supra §. 17
legem naturalem eo quod in natura humana fundatur, neces-
sariam esse atque immutabilem: ergo etiam actiones

quod cum ea conveniunt, licet libere sint atq; contin-
gentes, sunt tamen necessario bonae, et quod cum ea
haud congruunt, sunt necessario malae, licet non sint
actiones necessariae. Sed cum lex positiva rationem ha-
beat in voluntate legislatoris, adeoq; ea tenus haud
necessaria fit: actiones ad hanc relatæ legem, nec
pro necessario bonis, nec pro necessario malis, eatenus
haberi possunt (§ 8. 10.) § 22.

Quatenus actiones ad legem referunt, eatenus adscribi-
mus eidem moralitatem (§ 8. 10.) (cuius itaq; duplex fit
lex, ael naturalis, positiva (§ 8. 10.) dupliciter quoq;
actionum humanarum moralitatem, recte possumus consti-
tuere, naturalem alteram, alteram positivam. Prior
illa nititur lege naturali absolute necessaria et immutabili:
Posterior autem lege arbitraria (§ 8. præd. §.) Quocirca naturalis
illa moralitas necessaria erit atq; immutabilis, quia ex ipsa
actionis natura, cuiusq; necessaria ad legem habitudine
fluit. Posterior autem pendet ex voluntate illius, qui
legem tulit positivam.

§ 23.
Moralitas ea, quod ex ipsa actionis natura fluit vocari solet
obiectiva, quod vero pendet ex arbitrio superioris sub-
iectiva audit. Prior illa est terea ita dicitur, qd rationem
sua in obiectis seu actionibus ipsius, earumq; natura sit:
posterior vero a Subjecto, quod legem tulit, derivari,
rationem accepisse videtur.

§ 24.

Legem naturalem recte appellari legem Divinam (§ 10) nō
videmus. Nihil itaq; impedit, quo minus moralitates quoq;
naturales, divinas appellamus, eam ad Deum auctorem
inferamus. Deus qui natura auctor est, legem etiam talit
naturae, et voluntas ejus per rationem nobis manifesta
(§ 8. v.). Jam vero longe est clarissima voluntatem Dei
semper ejus sequi intellectum. Et lex quoq; naturalis rati
onem suam in intellectu Divino habere necesse est. Quod si
autem vox legis naturalis ex intellectu Divino repetenda
est: habebit eadem in ipso objecto per intellectum repro
ducto, adeoq; in nostro casu in natura humana, quo ipso
moralitas objectiva in statu naturali admittenda e necesse.

Schol. Quamvis animo motibus moralitas objectiva seculo
Superiore impugnata fuerit, notum est hac occasione
recognoscere. Opposuit se ei vir sumus Puffendor
phius, qui moralitatem subjectivam miris ingenii
acumine, adversus objectivae defensores defende
bant. Nostra aetate postquam est. Wolffius ad
Grotii sententiam, moralitatem urgentis objectivam
accesserit, praevallet ista moralitas in Scholis,
nec immerito uti: et iis, quod nos in medium protuli
mus, luculentum est § 11. Wolffii Lexicon Philicor et Subest.

§ 25.

Et itaq; actiones quibus inest moralitas objectiva, qui
a necessario aut bono aut malo sunt, recte protulibus etiam
antede ad voluntatem Numinis habent. Videt qui,
dem inconveniend actionem aliquam pro bona aut mala
reputare, antequam ea referat ad legem naturalem adeoq;
ad ipsam voluntatem divinam (§ 8. prec.) quo ipso moralitas

obi.

obiecta laetari videt. Sed si rem accuratius contem-
plari uoleamus: Sartam tectam moralitatem manere illam,
deprehendemus. Est itaq; incohærens et contradictorius
actionem aliquam pro bona aut mala habere, antequam ea
referat ad legem naturæ, adeoq; ad uoluntatem iuminis.
Sed n̄ est incongruum legis illius, et per consequens etiam
uoluntatis diuine querere rationes obiectiuas, quibus datus
moralitas obiectiua negari cum ratione n̄ potest. Recte dicimus
actiones nostras esse bonas quod conueniant cum
uoluntate iuminis: malas ideo, quod non conueniant cum ea,
quia uoluntas diuina per legem naturæ nobis est manifesta. Sed
nec incongrue cogitamus, quando obiectiuas diuine uoluntatis
actiones querimus §. 26.

Perpicuum est ex his moralitatem obiectiuam esse absolute
immutabilem, n̄ secus atq; istud b. 17 de lege naturæ adferri,
immutabilem. Non potest itaq; ulla ratione lex naturæ et natura tolli, nec
ullo in casu uis eius obligatoria suffraginari.

§. 27.

Lex quæ in totum tollit, abrogari dicitur: cuius autem uis obliga-
toria in certo tantum casu suffraginatur, ei derogatur, et cum
legi intacta certa persona derogatur, tum locum habet dispensa-
tio. Cum itaq; prima naturæ lex absolute sit immutabilis
(§. 8 præc) perpicuum est, illam nullo modo posse abrogari.
Et si quidem nec derogari eadem potest, aparet ratio cur illa
appellatur indispensabilis.

§. 28.

Lex quæ omnes hæc omni in statu obligat uocatur uniuersalis.
Satis iam uero talis esse primam illam legem naturæ, ho-

ministrat a Deo per rationem promulgatam, inde luculen-
tius est, quod ea ad naturam humanam necessario fluit (ff. 8. 17)
proinde uniuersalem eam esse ex uero statimur. Nec autem
uniuersalitas ita accipienda est, ut lex illa naturalis pro nor-
ma omnium actionum liberarum, in quocumque statu praestanda
haberi semper debeat. §. 29.

Propter aliter se hoc habent in lege positua. Eam enim
ratione suam in arbitrio superioris habet, quo ipso non est
absolute necessaria, sed mutabilis, quod pro re nota peritus
telli, adeoque abrogari potest. Potest et legislator legi posituae,
in dato casu derogare, adeoque eidem iuri dispensandi et
tribuendum est. Nec uniuersalis est lex positua, quippe,
quae eos tantum obligat, qui arbitrio legislatoris subsumunt,
et quibus ea debito modo promulgata est.

§. 30.

Omnes homines a Deo creatore suo dependere, et eius subesse
arbitrio, ita uerum est, ut anemine sine rationis usu prodit, uocari pos-
sit in dubium. Uerum itaque potest dari posse legem diuinam posi-
tiam, quod totum obliget genus humanum, adeoque sit uniuersalis?
Deo enim uniuersa natura effector, et conseruabli potentis simo, uis
eiusmodi condendi legem, quod obligaret uniuersos, tametsi ea ex
solo lumine rationis cognoscere non possit, temere negandum esse
haud uidetur. Sed nec de facultate eiusmodi constituendi legem
quodam. Illud uerum in disceptationem, num actus lex eiusmodi
diuina esset, quod licet sit positua, nihilominus tamen legis uni-
uersalis nomen mereat. Si qui sunt, qui existare leges eiusmodi
diuinas contendunt, meminerint leges posituas, nullam habere,

uim obligandi, antequam ea fuerint legitime promulgatae,
(¶ 811). Cum itaq; legibus illis posituis universalibus Regis,
made esse uideat promulgatae: non habent ea uim obligandi
sufficientem, quo nomine neq; pro legibus censeri possunt.
Quodsi per leges diuinas posituis universales ea intelli-
gant, quae debito modo promulgatae omnes homines: non certe
quare ea tantopere oppugnari debent, in perspicuis. Sunt
enim officia, quae ad praestanda oēs huius obligati sunt, quam
primam ea Dei nomine impetrant.

Schol. Primus qui disertius leges diuinas posituis uni-
uersalis inculcabat, erat Chr. Thomastus in differ-
tatione de crimine bigamid. Sed prolixius et uidet
ipse Grotius de iure belli et pacis lib. 1. Cap. 18. ubi
uis diuinam posituum, aut toti humano generi, aut uni
populo datum esse adseruit. Magna postea animor contem-
patione de his legibus universalibus inter eruditos disputa-
tabat, et tamen ipse Thomastus praecipuus earum propugnator
mutata sententia leges illas deinde regecerit, reperti sunt
nonnulli imo repererunt huc dum, qui non tantum dare eiusmo-
di leges adserunt, Sed necessitatem quoq; eam magno la-
bore et exquisita opera inculcant ¶ Joh. Franc. Buddi
hist. Juris Natur. § 418, et Jacob. Frid. Ludouici delineatio
Historia Juris diuini naturalis et positui universalis § 105 ff.

¶ 831.
Sed ut ad primam illam & naturam humanae necessario manentem
legem redeamus. Sciendum est, omnes ceteras leges secundum
quas aiones libere prodierunt hominum statum esse, et
ab ea dependere, ut eaq; repetere rationem ultimam ipsa

enim uniuersalis est, et se non tantum ad oēs huius, uer etiam ad
omnes eor actiones liberae extendit, eas dirigat et determinat.
(§ 82) Quocirca omnes ceterae leges, quae pro peculiaribus huius
statu actiones eas dirigunt, prima illa subordinatae sunt, nec
alias in obligandi gaudent, quam in quantum a prima illa
naturae lege dependent, et subordinantur.

§ 82

Hae leges subordinatae efficiunt, ut nunquam dici una queat
alteri opposita, eo quod lex subordinata in tantum solum obligat,
in quantum est subordinata, adeoque semper sub certa conditione.
Iam autem legum collisionem huius obtinere dicitur, quando una ab
alteri opposita est. Et accurate loquendo dat legum collisionem.
Potest tamen euenire, ut nos pro cognitionis imbecillitate,
ibi pugnantem inter leges esse existimamus, ubi reuera nulla re,
prehenditur. cum neque statum nostrum profertem, nec confes-
saria actionum nostrarum semper accurate nobis perficere
liceat. Itaque in hoc casu est quidem legum collisionem, sed ea
apparent tantum, quae non in ipsis legibus, sed in mente nos-
tra locum non habent.

§ 83

Quocirca nec officior collisionem admittere possumus, si
enim inter leges, quae obligationem producant nulla admitti
possunt pugna (§ 8 praecedens): profecto officior uera collisionem
locum habere potest. Sed quoniam identidem euenit, ut le-
ges inter se pugnantem existimemus (§ 8 praecedens) officior quoque
collisionem talis et tantum, qualis et quanta proficit et
haec opinione non possumus non admittere.

§ 84

Cum in eius statum deuenimus, ut negemus quod officium
alteri preferendum sit, expendenda erit leges, quae nos obli-
gant subordinatas. Subordinate leges, quia in aliis obligant,
quam in quantum subordinate sunt (§ 32) nullam habent
in eo casu obligandi vim, quam legibus subordinatis ad-
uersantur. Duo posito neg leges loquendo accurate, dies
possent, ad eorum illud quod illa precipere seu uetare uidentur
pro statu officiorum est. Non uiolat ille leges subordina-
tas, qui in tali casu agit ex praescripto legis subordinatis,
ad eorum nec fecit quicquam contra officium, tamen si uerbis le-
gis haud conuenienter agat. Itaque si recte rem expendere-
mus, nulla habet locum a regula exceptio, licet ad usum lo-
quendi attendentes exceptionem tali in casu fieri dicere pos-
sumus.

§ 35.

Cum animaduertit libertatem meam, a legem limitari, tum
michi ipsi, tum quodam tribuo (§ 30) cap. prel. Tum uero cum
ad collisionem legum, et quod ex ea periret officium pugnam cogit
animaduertit libertatem meam a legibus subordinatis non resisti.
Et eo in casu ius exceptionem dirigendum mihi recte uindici,
§ 30) cap. prel. Hoc ius fluit ex natura mea (§ 30) cap. prel.
et quia ex hac prima illa lex, agendum est uel felicitatis
conuenienter necessario fluit, tum istud recte ex lege ipsa deriuo.
Schol. Solent alii iura ex legibus, tamquam ex fontibus suis
deriuare, ut iura sui rationem in legibus habeant et
sint legum quidam quasi effectus. Sed si ea, quae nos § 30.
cap. prel. possumus expendimus accuratius deprehende-
mus iura nostra non tantum ex legum positione et praesentia

quod

quod ex earum affectu erasit. Tum sibi iura attribuere
solent hinc, quia suam agendi facultatem nulla lege re-
stringi existimant. Non itaq; ex lege aliqua subordinata
iura sua repetere solent homines, sed ex facultate agendi,
in quantum nulla lege, quae prius illa nae legi subordina-
ta sit, restricta esse censet.

§ 36.
Obligatio Lexi postea sumpta, nihil est aliud, quam ipsa
hominum libertas, per legem limitata (§ 27. cap. prol.).
Ubi itaq; nulla lex, ibi nulla poni potest obligatio, postea uo
lege, poni potest obligatio necessario: et sublata lege,
ipsa q; obligatio evanescat, necesse est.

§ 37.
Non reperio in me ullam potestatem, legem mihi seu
nae, seu a superiore latam, pro arbitrio tollendi (§ 27. cap. prol.).
Postea autem lege, obligationem meam necessario poni de,
prehendi (§ 36) non est itaq; in arbitrio meo positum, ut lin-
ne obligationis meae satis facere an minus. Sed ubi nul-
lam legem mihi positam esse uideo, uis mihi propterea at-
tribuo: quod libertatem meam hoc in casu haud restrictam
esse intelligam (§ 35). Unde concludo, posse me talem,
casu aliquid agere posse, item aliquid actionem omittere,
n. e. stare in arbitrio meo, ut in me iure meo uti, an minus,
ut in me illas libertatem conservare, an libere declarare, illud
mihi amplius non competere. Qui declarat iura, haec tenet
sibi competentia, non competere amplius, ille se iuribus
 suis abdicat; et qui abdicacionem iurium suorum ceteris

manifestat, id iuri suo renunciare dicit. Quisq; itaq;
suo iuri renunciare semper libere potest. Sed obligationi
suae nemo potest pro arbitrio renunciare.

§. 28.
Obligatio, quae ex lege in me oritur, aut Me, aut ceteros
respicit et ceteri illi, quos intuitu aliqua ducor obligatione,
aut haec sunt alii, eisdem quibus, coniuvo, aut Deo, qui mihi,
tam mihi imperant, caritatem providentia sua sustentat.
Omnes itaq; obligationes, seu officia mea, ad has tres clas-
ses reduci commodè possunt, persequens leges quoq;
quae has in me producant obligationes, ad triplicem
hunc ordinem, quam commodissime reducunt.

§. 29.
Sunt homines alios, cum quibus mihi coniuendum est
confidendo, meaq; intuitu earum praestanda officia abentibus
expendo: deprehendo aut competere eis ius extorquendi
a me etiam in externa, quod intuitu eorum, mihi facere,
dum est aut tale ius eis haud competere criminose.
Eiusdem autem istud ius in aliis hominibus habent,
quando nulla praestat lex, quae eis istam prohiberet ex-
torquendi: dum vero adest lex aliqua, restringit eorum facul-
tas, nec illi iure extorquendi a me officia gaudent. (§. 30.)
Officia ea, quae alii iube a me extorquere possunt vocantur
solent perfecta, stricti iuris, necessitates, quae vero
iure extorquendi non possunt, dicuntur imperfecta, a
moris, humanitatis. Hinc lex quoq; a qua dependent
officia, aut perfecta seu cogens, aut imperfecta seu non cogens
erit.

Tamen si itaq; obligationes et officia summa cum ratione
 in perfecta distinguuntur, atq; imperfecta: iura tñ eodem
 modo & sensu eodem distinguuntur posse hanc uident. Iura
 enim oriuntur ex absentia legum, quæ nosstram restringent
 libertatem (§. 35) adeoq; si qua inter ea obtinet distin-
 ctio, illa n̄ abunde ex parte plenitudinis seu restricti-
 one libertatis determinanda erit. Potest enim in restric-
 tiōe libertatis, uel in totum, uel in partem, potest relinqui
 plena libertas, tam quoad actum, quam quoad ipsius
 modum ubi profusū n̄ restringit libertas, ibi dicitur sum-
 mum, id est restrictum plenum, ubi uero aliquo modo restric-
 ta ea est ibi dicitur restrictum, minus plenum obtinet.
 Quod si cui placuerit, id quod nos dicitur plenum diximus illud
nō perfecti titulo nominare, id quidem impedire non
 possumus, sed denominationes istas sensum habebant,
 ab eo, quem in officiorū pertractatione obtinent diuersum.
 Officia enim perfecta dicuntur ea, quorum præstationem alii a
 nobis iure extorquere possunt: eam uero nemo morabatur qd nos
 ad ea exercitum iuris nostri cogere (§. 37.) Et hoc sensu n̄
 dari iura perfecta longe est euidentiōrum.

Qui agnoscat in aliis iura illius uirtutis sui, sed n̄ sibi uirtutis
 eorū competenda: id eo ipso libertatem suam uirtutis eorū res-
 trictam esse admittit, adeoq; suam ipse fatetur obligationem.
 Ergo positū est parte una iure pleno, ex altera obligatio pe-
 nas necesse est, et quo plenius est ex parte altera ius, eo

erit

erit ex parte altera adstrictior obligatio. Idem istud con-
uersa quoque ratione suo modo ualebit. Quis enim adprosecit in
aliis obligationes aliquas, respectu sui praestandas, id est
libertatem hac ex parte restrictam et cogitat, quam econ-
trario suam hoc respectu in se limitatam existimet. Quae
circa posita ex una parte obligatione ponendum esse
ex altera parte ~~ius~~ quod ei respondet, uidebit. Et quo
adstrictior est obligatio, eo plenius ius ex parte altera
admittendum constat. Insuper quia iuri suo quis renun-
tiare potest (§ 37) Libertas ista in eo per perfectam partis
alterius obligationem tolli potest.

§ 42.
Ad id obligamur, quod leges praecipiunt (§ 37) sed nulla
lex habet uim obligandi, nisi in quantum est prima illi, a-
gendum est uero felicitati conuenienter, subordinata (§ 33)
Haec autem necessaria est (§ 17) itaque illa quae ipsi opponit,
res impossibiles dicenda esset, eo quod praescriberet absolute
impossibilia. Quum uero de legem naturam seruandam sem-
per firmam obligati (§ 17) et ad opposita obligari nequea-
mus: ad impossibilia tanquam legi naturae opposita, ad-
eum ipsa natura humana pugnantia, nulla datur obligatio.
Itaque quia plenissima est iura, prima illa naturali legi
nitant (§ 35) nulli hominum competit ius, cogendi alios
ad ea, quae absolute impossibilia sunt, atque legi, ipsa
natura humanae contraria.

§ 43.
Ad quod actibus nostris intendimus, appellare solemus
suum nostrum, illud uero quod rationem in se continet, cur firmum
opti.

optineat remedium dici confuruit. Quia itaq' inter remedium
& finem necesse intercedat finalis: latulentur est, finem sepe
remediis obtineri n' posse. Atqui ad impossibilia n' datur
obligatio (§ 42). Et obligatio ad finem, sine obligatione
ad remedia locum habere n' potest. Quicquid igit' obligatus
est ad finem, is suam etiam ad remedia obligationem a,
proficat necesse est. § 44

Sancti homines viros prestandis officiis Sufficientes recte
adhibent, vocant diligentes, in casu opposito negligentes
vocari solent. Diligentia itaq' est rectus usus virum
prestandis officiis Sufficientium. Ille virum usus, tan-
quam remedium, per quod finis obtinet, seu per quod presta-
tur officium, considerari debet (§ 43). Sancti uero perspicuum
effecimus § 42. et obligatione ad finem recte dici
consequentiam ad obligationem ad remedia. Et quicquid
ad officium aliquos obligatus est prestandum, is ad un-
um virum prestando iis Sufficientium, h. e. ad diligen-
tiam simul obligatus simul censetur, nec habet ius se-
se uiribus ad prestanda officia priuandi, aut eas quoc-
modo occultandi. § 45.

Omnia diligentia ad prestanda officia debita, negli-
gentia generaliter dici solet, quod dum se prouit in modo
agendi, dici solet specialiter inconsiderantia inconfide-
rentia, ex qua preter intentionem agentis oritur defectus
rectitudinis in actione vocatur culpa. Omnis itaq' culpa
negligentia est, et merito tanta esse censetur quanta iudi-
catur esse negligentia. Autem autem defectus ille rectitudi-

nis

Dicitur et eo quod hoc uim cognoscendi seu intellectum
suam adhiberit regulis legis convenienter, quod cum
tamen ita adhiberi posset debeat. Et omnis culpa con-
sistit in neglectu regular legis, cum non deliberato,
hæc respectu pro imperfectione intellectus recte
habetur.

§. 46.

Cui obligatus est ad diligentiam in prestandis officiis
adhibendam, ille per hoc ipsum obligatus est ad fugi-
endam negligentiam. Diligentia enim atque negligencia,
ita opposita sunt, posita itaque obligatio ad diligen-
tiam, ponit simul obligatio ad negligentiam, potest si-
mul obligatio fugendi negligentiam. Atque cui obligatio
nostra adhibendam in prestandis officiis diligentiam
(§. 44) comprobauimus. Et etiam obligationem nostram
fugendi omnem negligentiam, agnoscimus necesse est.
Sed uero omnis culpa negligentia est (§. 45) necesse
igitur est, ut obligationem nostram ad fugendam omnem
culpam confiteamur. Sed culpa est intellectus imperfec-
tio (§. 8 cap. præ) Et culpam quoque omnem uitare debemus.

§. 47.

Quando defectus rectitudinis in actione intencit, et ex
uoluntate hinc prouenit, tum dolus esse dicuntur, ut ad
dolus, nihil sit aliud, quam uoluntatis, ad illam rectitudi-
nis defectum facta determinatio. Quod uero leges natu-
rales, uoluntatem humanam, semper ad rectitudinem
actiones determinent. perspicuum est, dolus est deter-
minatio uoluntatis legibus contrariandæ. Et licet
culpa pro imperfectione intellectus merito semper habe-

ita

ita dolus, malitia, fraus, maxima est voluntas huius,
maxima imperfectio, et abusu libertatis proflacens

§ 48.

Si quidem dolus est determinata voluntatis legitime
contraria (§ 47) propria fuit consequentia, semper non
esse ad omnem dolum fugiendum obligator. Dolus
maxima est voluntatis (humana) imperfectio (§ 47).
iam vero per naturam obligamur ad fugiendum imper-
fectiones nostras (§ 8 cap prole) §. per eadem etiam
obligamur ad omnem dolum in prestandis actionibus
nostris fugiendum.

§ 49.

Quam plurimi mortaliu[m] in errore seu culpa, seu
dolo coguntur statum, ut prestandis officiis viris su-
ficientes non habeant, sintque illa officia intuitu status eor-
um impossibilia. Si quis res humanas paulo attentius intuat
deprehendet absque dubio, quam plurimos, aut culpam,
aut dolum in actionibus suis frequentissime committere.
Seque hoc modo viribus ad prestanda officia neces-
sariis privare, qui in hunc statum deveniunt, illi ad
quod (§ 42) demonstravimus, ad se ulla ratione adpli-
care possunt, aut debent. Officiis enim officia ab illis
prestanda pro statu illo impossibilia sunt: culpa tan-
quam aut culpa dolus eorum aliorum obligationibus
respondentia non perimunt. Tandem vero posito tunc ex par-
te una, ponit ex parte altera obligatio (§ 47) §. eadem
in eo quoque statu, in quem hinc culpa propria aut dolo
perveniunt, permanet, nec per statum illum ulla ratione tolli potest.

§ 50.

§. 50.

Iura et obligationes, quia sunt qualitates morales
(§ II cap. præl.) constituent statum hominis moralem et
naturalem quidem, si iura ea, atq; officia, in ipsa natura
humana, quæ tibi fundata fuerint, adventitia contra
ea, si ex facto altero ab arbitrio humano derivent.
(§ I.) Legis itaq; hæc humana, iura atq; officia natu-
ralia poni debent necessario, suntq; hæc ratione immu-
tabilia, nec alias qm per mortem, naturæ terminantol-
lunt. Sed iura atq; obligationes, quæ statum hominis
moralem adventitiam constituent, vario modo mutari,
imò etiam peritæ tolli possunt. Quæ obligationes ex iure
alterius proflunt, illæ tolluntur illico, quando primus alibi
iuri suo renunciat, aut iuri eius fuerit satisfactum
vel vis fuerit extinctum. (§ 37) Sublata enim ratione
obligationis, ipsa quoq; obligatio tollat, necesse est.
Quæ autem ex statu meo adventitia proflunt, illæ
durante statu eo perdurant, eo vero mutato permittantur.
Quodsi itaq; status illius permittat ex meo dependeret
arbitrio: ipsa quoq; obligationum mearum mutas, in mea
posita est voluntate, quamquam permanente eodem
statu n. sit penes me, velimine obligationi meæ satis,
facere an minus.

CAPUT III
de
Imputatione.

§. 57.
Quando actiones liberae seu praestant, seu omittant, tum
quia id semper et determinato modo fit, ueris tandem earum
comissione, quam in earum omissione concurrere solent circum-
stantiis, quae rationem aliquam ad legem habere possunt.
Actio libera cum eiusmodi circumstantiis considerata,
uacat factum et species facti e circumstantiarum,
in quibus actio aliqua contingit erroris.

§. 58.
Auctor seu causa moralis abicuius facti dicitur ille,
in cuius uoluntate, ratio facti continetur. Ad cuius itaque uo-
luntatem factum aliquod referri nequit id pro eius causa
moralis seu auctore haberi non potest. Causa physica abicuius
facti est is, qui applicatione uisus sui metricis illud produ-
xit, quod si itaque ad eius simul uoluntatem referri potest
factum, est simul etiam eius causa moralis seu auctor.

§. 59.
Qui declarat pro auctore facti abicuius, eundem illis fac-
tum imputari debet: ut adeo imputatio in declaratione
auctoris, ad quem factum, aut eius confectaria referenda
sunt, consistat. Nulla enim actio libera, est sine confectariis.
Et ista proinde in imputatione maxime attendendum
esse longe manifestissimum est. Illa imputatio, in qua
confectaria facti, auctori eius attribuantur, uocatur Spe-
ciationis imputatio iuris, seu imputatio plena, estque hic
loci praecipue in considerationem trahenda. Ad hoc ergo
hinc imputatio ex facti, qua quis nuda pro

facti.

facti auctore declarat, sine expresso ad confectaria
illius facti respectu. §. 54.

Imputatio iuris, sine imputatione facti locum habere
non potest (§. 53) fitque propterea, quod lex cum facto
eiusmodi certa contrahit confectaria. Fundamentum itaque
imputationis huius est lex, qua posita locum habet inter
ueriente aliquo facto imputatio iuris. Hinc perspicuum
est sine lege nullam imputationem locum habere posse.

§. 55.
Fit ex his perspicuum, hanc quando dicimus iuris imputa-
tiones, applicatione legis ad factum absolui. Per,
agitur per syllogismum, cuius officio maior lex est,
minor factum, conclusio uero applicatio legis ad factum
exhibet. Huiusmodi syllogismus uocari solet imputa-
torius, cuius exemplum sequens est. Casus est homicidium.
Q. homicida capite plectendus est. Casus est homicidium.
E. Casus capite plectendus est. Colligas hinc, quam
necessaria sit ad imputationem recte faciendam tanta
lectio, quam factor accurata cognitio.

§. 56.
Si in ratiocinio, quo imputatio absolute utraque premissa
uera est, et ipsa ratiocinium regulis logicis conuenienter
institutum est, imputatio recta in casu offenso ueronea
appellatur, uerum si premissa alterutra, quoad cognitionem
nostram tantum probabilis est, etiam conclusio, adeo
ipsa imputatio probabilis erit, quae ab imputatione
certa accurate distinguenda est. Ubi autem utraque

aut

aut saltem alterutra promissorum dubia nobis est,
ibi quia suspendimus iudicium nostrum, nulla locum
habere potest imputatio. §. 57.

Omnes itaque actiones, quae legi subiectae sunt, imputari possunt
(§. 54). Atque omnes actiones libere legi subiectae sunt (§. 28).
Omnes actiones libere imputari possunt. Imputabilitas
itaque actionum, quando vocantur in cuius illae possunt impe-
tare, est eorum a libertate humana dependentia, adeo,
ut quo maior est libertas, eo etiam imputabilitas actionis maior esse censeatur. Contra
actiones eorum, quae nulla ratione ad libertatem referri possunt,
nequeunt imputari, eo quod tali in casu fundamentum
imputationis deesse intelligatur (§. 54). Actiones itaque
infantum, mente captorum, somniantium, inuita discrimine
constitutorum, nequeunt illis imputari, quia libertatem eorum
plane referri nequeunt. Sed e contrario actiones ebriorum
propterea imputari solent, quod penes ipsos erat ebrietas,
tenere vitare

§. 58.
Actio culpata, in quantum a libertate hominis dependet,
recte ei imputatur (§. 56). At, quando culpa, intellectus potius,
quam constituit imperfectionem, non voluntatis, (§. 45)
in imputatione culpa caute erit procedendum, ne gradus
libertatis, a quibus dependet imputabilitas actionum,
negligere videatur. Si illa intellectus imperfectio,
